

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Io. Freinshemii Commentarii in libros s̄uperstites Q. Curtii
Rvfi**

**Freinsheim, Johann
Curtius Rufus, Quintus**

[Argentorati], [circa 1639 oder später?]

Cap. III

urn:nbn:de:bsz:31-103771

Iudicia Doctorum Virorum de stylo & historia CVRTII.

Raderus in Prolus. ad Curtium c. I. Primam sententia nostrae rationem &c. Exscripta sunt ea verba supra vbi de aetate Curtii agebamus n. X.

Raderus in Prolusionibus cap. II. Dubitari non potest, quin à Linio & Cesare & Sallustio proximas oblineat, et si hadie sint, qui Sallustium Curtio post habeant. Habet tamen & Q. Curtius voces alii non usurpatas, Ciceroni etiam reprehensas; ut piissimus, quam in Anto-ny oratione carpit, sagittare, quis prater Curtium & Iustinum lib. 41. usurpet nescio, nisi re-ceniores velis in vestes adducere.

F. Angelus Rocha in Biblioteca Vaticana. Q. Curtius nobilis Historicus, & nihil o-
inferior Cesare in scribendo.

Ianus Rutgersius Variar. Lection. lib. 3. cap. 4. Non mentiar. His diebus Tran-
cijens Modius in epio iudicio suo pene nihil stomachum mouerat. Nam quo loco gloriatur, quod
sua vniuersa opera R. P. F. cognomen Curtio reditum sit, scriptori, inquit, non malo; & quasi
etiam illud nimis est, velut iniuriam deprecans addit, certe in historia sua vnicu. Equi-
dem miratus sum homini neque inducto, & in veterum scriptu etiam cum laude versato, tam
putidum ac puerile iudicium excidisse. Adeo paucis aut, quibus verum Romana elegancia gu-
sum habere contigit. At quanto melius it, qui nihil inepit molitus est! Liplium intelligit,
cuius verba relata sunt supra suo loco. Neque scellit eum iudicium. Mihil quidem ita
semper probatus fuit, ut cum nunquam è manibus deponam; neque rulum, quem ei preponam,
habeam.

Famianus Strada lib. 2. Prolus. 3. A. Q. Curtio, quanquam usi virtutibus exornato, qui-
bus constet aut heroicis cum temporibus rixisse, aut dignum fuisse qui viueret, non defuerit, qui
ebiiceret quesiti interdum medicamenta candoris, & numerorum usum paulo intemperan-
tiorem.

Adrianus Turnebus lib. 13. cap. 15. Elegantissimum & nitidissimum scriptorem,
Curtium.

Ludouicus Viues, apud C. Gesnerum in Biblioteca vniuersali. Q. Curtius can-
didus est, sed Criticorum quidam eiusdem illum esse coloris classificantur.

C A P. III.

Quando nobis propositum constitutumque est, nihil praetermittere eorum, quae
ad auctorem hunc ornandum conducibilia videantur; ratio fuit subiictere Catalogum
exemplarium Curtianorum, quae vel MSS. seruantur; vel variis edentibus impressa sunt.
atque haec, ut quodque corum antiquius est, ita prius enarrauimus.

Q. Curtii MSS. exemplaria tria fuerunt Heidelbergæ in Bibliotheca Palatina.
Tria itidem in Anglia in publicis Bibliothecis. I. Oxonie in Bibliotheca Collegii cor-
poris Christi. II. Cantabrigiae in Biblioth. Coll. S. Benedicti, quod inscribitur *Historia*
Alexandri Magni, teste Thoma Iamesio in Catalogo Oxonio-Cantabrigiensi librorum
manuscriptorum; ita, ut dintersum à Curtio videri possit: estque fortasse *Iulus Val-
terius*, aut incertus nescio quis, qui sub Constantio vixit, ex quo excerpta apud Vincentium
Belouacensem speculi Historialis libr. 4. Quiusque in Galliis. & alibi exempla
MSS.

Exemplaria Curtiana.

Mss. *Exemplar. in priori Editione.* III. Oxonie in Bibliotheca D. Thomae Bodleii Equitis. Præterea unum in Bibliotheca priuata Lumleii Baronis. Extat quoque Ms. Venetiis ad D. Marcum.

In Bibliotheca Iacobi Bongarsii, quæ nunc apud Bernates est, quindecim exemplaria sunt Curtii, quorum syllabum Berneggero locco meo misit Conradus Schoppius Rhetor Bernatis Scholæ : inter quæ tria sunt Manuscripta.

Manuscriptum membranaceum in quarto maiore. Bodræ è Catoli de Francia Normandia Ducis Bibliotheca.

Manuscriptum in folio Mediolani.

Aliud in folio Verona, & editiones impressæ.

Anno 1474. Impressa est Curtii historia, cuius varias, aliaque ad recensionem Curtianam factura liberalissime obtulit C. BARTHIVS, inter quæ & observationes suas : sed saevitia temporum & difficultas itinerum obstatit, quo minus eruditissimi Viri beneficio viceremur.

Anno 1494. Venetiis edente BARTHOLOMAEO MERVLÆ, quem C. Barthius scribit *primum optimo auctori corrumpendo audacie signum sustulisse*.

Anno 1517. Basileæ cum notis ERASMI, HUTTENI, GLAREANI, HOENINGERI, adiecta Alexandri epistola ad Aristotelem de Indiæ situ. &c.

Anno 1518. excusus apud SCHVRERIUM Argentorati.

Anno 1520. Editio ALDINÆ, Venetiis.

Anno 1533. Parisiis editio ERASMI.

Anno 1534. Q. Curtius impressus Basileæ à Thoma Welsio, adiectis DESIDE RIU ERASMI annotationibus, & HUTTERICI HUTTENI floribus.

Anno 1535. Editio VENETA. Item alia VENETA.

Anno 1538. Edidit eum Iohannes Gymnicus Coloniæ, cum ERASMI annotationibus, & HUTTENI floribus.

Anno 1543. Parisiis editio ERASMI.

Anno 1545. Basileæ HENRICVS PETRVS, cum supplemento priorum librorum ex Arriano & Diodoro. Item Alexandri vita à IO. MONACHO conscripta; Alexandri epistola ad Aristotelem de Indiæ situ : ERASMI annotationibus, & HUTTENI floribus elegantiarum.

Anno 1545. SUPPLEMENTA librorum duum priorum passim editionibus præfixa CHRISTOPHORI BRUNONIS sunt, Monachii in Bavaria bonarum litterarum Professoris, ut ipse in Editione sua testatur. Antonius Possenius in Biblioteca selecta, & Iacobus Gortoni Chronol. cap. 20. num. 31. refert QUINTILANUM STOAM, quod initio Curtii decretat, suppleuisse. Non vidi. Hæc quæ extant vulgo, non magni, Hercules, momenti sunt.

Anno 1546. Editio LVGDVNENSIS cum Alexandri epistola ad Aristotelem.

Anno 1569. Editio LVGDVNENSIS. Quam valde exagitat Acidalius in prima statim annotatione ad Curtium.

Anno 1575. GLAREANI annotationes Basileæ. De quibus idem Acid. parum præclare sentit.

Anno 1579. Q. Curtii libri octo superstites noue editi & recogniti à FRANCISCO MODIO Brugensi, adiectis Notis eiusdem, Coloniæ apud Maternum Cholinum.

Anno 1591. Iterata MODIANÆ editio. Hanc nouissimam & optimam dicit Valens Acidalius.

Anno 1591. Lugduni edidit ANTONIUS CANIDIUS, cum Alexandri vita ex Plutarcho, & ex codem de Fortuna Alexandri. Item Gnomologia Curtiana.

Anno 1594. VALENTIS ACIDALII *Animaduersiones* in Q. Curtium editæ Francofurti ad Mœnum.